



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1764**

**VD18 90118049**

§. 44. Guilielmus Papæ Legatus in Livonia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](#)

Sæcul. XIII.  
A.C. 1234.

§. XLIV.

*Guilielmus Papæ Legatus in Livonia.*

Interim ad confirmandas in fide novas  
septentrionum Ecclesias Papa Guilielmo Episcopo Mutinensi legationem de-  
*VII. ep. 558. ap. Rain. n. 43.* tulit, ut docet illius epistola ad omnes  
Christianos Livoniæ, Borussiæ, Gothiæ,  
Finniæ, Estoniæ, Semigallia, Curoniæ,  
aliarumque provinciarum adjacentium.

Est autem scripta in hanc sententiam: *Vt*  
*nerabilis Frater noster Guilielmus Episcopus*  
*Mutinensis a Sancta Sede pridem missus ad Eu-*  
*angelium vestrarum regionum ethnicis pro-*  
*mulgandum, magnum eorum numerum Chri-*  
*sto adjunxit: sed amplam messem restare vi-*  
*dens, & copiosiores colligere fruges fer-*  
*vide desiderans Diæcœsos Mutinensis onere*  
*a nobis expediri vehementer cupiit, ut se vo-*  
*bis totum daret, si que foret opus, sanguinem*  
*suum pro vestra salute profunderet. Qua-*  
*re legationem a nobis Episcopo Semigal-*  
*liae impositam in Mutinensem deoneramus,*  
*ita ut pleno jure prædictus vestris in pro-*  
*vinciis Episcopos constituere & consecra-*  
*re, aut in alias transferre sedes, Diæcœses*  
*conjugere aut dividere, & facere omnia*  
*possit, quæ Deus ipsi inspiraverit. Dabat*  
*21 Februarii an. 1234.*

U

Ut vidimus, novem abhinc annis, ex-Sæcul. XIII.  
eunte anno 1224. Honorius Papa Episco- A. C. 1234.  
pum Guilielmum in easdem provincias  
legaverat. Hoc autem anno 1234. is *Sup. Lib.*  
*LXXIX.* Praeful Episcopatum Mutinensem reapte *s. 5.*  
abdicavit. Unius e spectatissimis Muti-  
næ civibus, Gerardi scilicet Bosquetii fi- *Ital. Sac.*  
lius Albertus, Ordinis Fratrum Prædica- *to. 2. p. 156.*  
torum, magna sanctitatis fama clarus, in  
Guilielmi locum concordibus suffragiis  
consentiente Clero ac populo 3. Aprilis  
substitutus, & Papa electionem ratam  
habente die S. Barnabæ sacra 11. Junii  
eodem anno 1234. communi urbis gau-  
dio inauguratus, sedem Mutinensem an-  
nis triginta tenuit.

### §. XLV.

#### *Ecclesia Hispaniæ.*

R eligio etiam in Hispania progressum *Boll. 30.*  
faciebat per arma victoria Ferdinandi *Maj. to. 18.*  
di Castellæ Regis, qui in Andalusia mul- *p. 317. 319.*  
ta Mauris loca ademerat, postquam Gre- *Ughel. to. 1.*  
gorius IX. Pontifex Maximus Cardinalem *Sup. Lib.*  
Joannem Abbavillium Episcopum Sabi- *LXXIX.*  
nensem anno 1229. in Hispaniam mife- *s. 58.*  
rat, qui sacræ militiae classicum ibi cane-  
ret. Inter alia loca Ferdinandus occu-  
pavit Quesadam, Biatiam, Anduxariam,  
& Martum arcem, qua Equites Calatrat-  
venses donavit. Hoc autem anno 1234. *Roder. XI.*

O 3 Ubeda 6. 15.